

**O**ctava

canonicas in ecclesia saltem alta voce nisi consue-  
tudo aliud doceret maxime cum put in plu-  
ribus oporteat curatos se in diversis horis p  
visitatione infirmorum a sua ecclesia absentare  
et timere omni hora desuper venientibus nego-  
ciis ecclesie scilicet iam communicando iam bap-  
tizando et huiusmodi in illis vero que non sunt stricti  
ad dicendum horas in ecclesia dubium est ut  
dicit bernardus in glossa. scilicet predicte preme ibi respi-  
cit ita distinguit in effectum dicitur hanc ubi  
¶ **S**edecimum dubium qualiter sunt dicere  
de Rursio que tractum et specificum non recipere sed  
gradatim in puritate sciencie et cum devo-  
tione. scilicet dolentes et let. et nota de officiis. ar. e.  
ij. et plenius in e. graui ubi ex illo textu labio-  
rum arguunt Jo. an. et genus que satis est labijs  
seruire in diuinitis horis licet cor diuertat ad  
alia facit Secunda ad Cor. x. In captiuita-  
tem redigentes omnem intellectum et obsequium  
christi circa quod tamen distinguendum est  
fm. d. h. aut quis obligatus ad horas deficit  
in horis in verborum pronuntiatione et implet  
incompos vel rescindit horas. puta quod dimittit  
vnum psalmum vel aliquam aliam partem  
magnam. vel modicam. tunc si dicit horas  
vna cum alijs in choro non reiterabit. propter  
hoc totus chorus propter scandalum si ipse solus  
sub silencio vel ad partem iuxta sequentes di-  
stinctiones. si solus dicebat et erat tunc omnis  
sionis. ita infirmus que non poterat commode  
dicere et tunc etiam non tenetur reiterare. fm  
hostij. ut patet in eo que legitur et notatur de de. non  
reli. ad audienciam si autem non erat infir-  
mus aut leui infirmitate detentus qua non ob-  
stare sua alia negocia posset procurare ut sic  
non excusaret. ff. de re iudi. quesitum si vero  
obmittit de indurata et maliciosa negligencia  
quo casu indistincte tenetur ad eas reiterandum  
vel ad dignas penas. Et nihilominus de  
peccato omissionis et frandis puniendum est.  
iuxta illud iherem. xlvij. Maldicitus homo  
qui facit opus dei fraudulenter Unde talis que

**P**ars

taliter negligit dicere horas canonicas mor-  
taliter peccat si autem hoc facit preter propo-  
situm non peccat fm Inno. mortaliter si ve-  
nialiter. quod verum est si non fiat magna inter-  
ruptio. Alij aliter dicunt si incipit cessare in  
bono tempore tunc tenetur si in bonis ecclesie non  
sed fm theologos dicendum que aut dat ope-  
ram sine cogitatione sicut ponendo se in fa-  
bulas aliorum et tunc tenetur ut dicitur Mat. xij  
De omni verbo ocioso que locuti fuerint ho-  
mines reddent rationem in die iudicij Alias  
si rapit preter voluntatem suam ad aliquid aliud  
cogitandum non tenetur Ar. de homicidio dilectus  
de iniurijs. c. si. Item in hac re distinguen-  
dum est inter ydoneas et litteratas personas que  
magis peccant et in minoribus litteratas que minoribus  
peccant. xl. dist. homo christianus de quo notatur  
per hostij. in decre. dolentes et tamen de illa ma-  
teria horarum canonicarum. B. cccclxxvij. quar-  
ta post festum sancti Jacobi apostoli hora. xi. et  
postea circa horam primam fiebat eclipsis non di-  
lia. sol et tamen de dubijs illis de horarum canonicis.  
¶ **Q**ue incidentaliter et in genere mo-  
uenda sunt aliqua dubia sacerdotibus et necessaria de oratione. ¶  
quid pars octava. ¶ **P**rimum dubium quod  
sit oratio Rursio. B. t. in scripto que adducit diffi-  
nitionem hugonis de sancto vicioze dicens que oratio  
est deuotio quedam ex copunctione. precedens  
¶ **D**am dicit que oratio est petitio copetenciarum  
et decencium a deo sed fm Ray. et hostij.  
oratio est pius affectus mentis in deum tendens  
et plerumque ne animus pigrescat in voce primum  
pens. vel sic oratio est per series vocum ad aliquid  
impetrandum in deum tendentium ¶ **S**ecun-  
dum dubium quare deum oramus ¶ **R**ursio. B.  
tho. in summa. q. lxxij. ar. ij. que deum ora-  
mus non ut diuinam dispositionem immute-  
mus sed ut impetremus que deus disposuit pro ora-  
tione sanctorum esse implendum. ut scilicet homines  
postulando mereantur accipere que ipsi omnipotens  
deus ante secula disposuit donare Greg. dicit  
¶ **F**r